



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

Cap. 1. De necessitate, & institutione sacramenti Pœnitentiæ.


urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Causa Episcoporum, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Max. referantur, ac per ipsum terminentur.

Vide Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 124. litt. A. vers. hoc de clericis, in fine. Henrquez in summa lib. 13. cap. 55. §. 2. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 80. Illustriss. D. Rodericum a Cunha in tract. de confessoribus sollicitantibus mulieres in confessione, quest. 12. incipit de officio & potestate Episcopis part. 3. allegat. 21 22 a princip. & latius infra sess. 24. de

reformat. cap. 5. Alzed. in praxi Episcop. part. 2. cap. 7. & numer. 1.

Archiepiscopum non posse iudicare causas vertentes inter Episcopos suffraganeos, resoluit Aldan. in compendio canon. decis. lib. 1. tit. 1. num. 8. ubi testatur ita fuisse decisa in S. Congregat. causis Episcoporum preposita in una Regien. 3. t. Maij 1588.



SESSIO XIV.

De sanctissimo Pœnitentiæ Sacramento.

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu S. legitime congregata, presidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuncijs, quamvis in decreto de iustificatione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorum cognationem, necessaria quadam ratione sermo interpositus: tanta nihilominus circa illud nostra hæc ætate diuersorum errorum est multitudo, vt non parum publica utilitatis retulerit de eo exactiorem & pleniorẽ definitionem tradidisse, in qua demonstratis, & conuulsis, Spiritus sancti præsidio, vniuersis erroribus, Catholica veritas perspicua, & illustris fieret, quam nunc in hæc Synodus Christianis omnibus perpetuo seruandam proponit.

Supra sess. 6. c. 14.

Vide Theologos cum Magistro in 4. dist. 14. S. Thom. p. 3. q. 84. vbi Nugnus, & Vasquez, Victor. Armill. Siluest. & alios Summitas verb. Confessio, & verb. Pœnitentiæ. Polianth. eod. verbo, Hieron. Onuphr. Luc. Pinell. & Thom. Zerol. in suis tract. de Pœnitentijs. Cardin. Bellarm. in suis controvers. cathol. lib. vnic. de Pœnitentijs. Soar. tom. 4. de Pœnitentijs. Valent. tom. 4. dist. 7. quest. 3. cum tribus seqq. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 1. cap. 1. cum seqq. Henrquez in summa lib. 4. de Pœnitentijs. Vitald. in candelabr. aureo tit. de Pœnitentijs. Petr. de Ledesma in summa p. 1. de Sacram. vbi de Pœnitentijs. Ioan. de la Cruz in direct. confitent. tract. de Sacrament. Pœnit. Philare. lib. 2. cap. 18. Becan. de Sacramentis in specie, cap. 29. quest. 1. Canon. in relect. de Pœnitentijs. Syluum in 3. part. D. Thomæ quest. 84.

Nugn. in eand. 3. part. quest. 84. Ioan. Medina in Cod. de Pœnitentijs. Tanner. tom. 4. tract. de Pœnitentijs. Simplic. Mutin. in sua Theologia moralis de Sacram. Pœnit. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitentijs. lib. 29. Ægid. de Coninck de Sacram. & censur. tom. 2. dist. 1. Bonacina de Sacram. dist. 5. de Pœnitentijs. Galgan. de iure publico lib. 3. tit. 89. Homobon. de Bonis de examine ecclesijs. tract. 5. cap. 1. Mollæ. in summa Theologia moralis tract. 7. de sanctissimo Sacramento Pœnitentijs. Filiuc. in quest. moralibus tract. 6. Fagunderz in quinque Ecclesijs præceptis, præcept. 2. Paul. Lâyman in Theologia moralis lib. 5. tract. 6. nouissime Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 2. de Pœnitentijs. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 10. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de Pœnitentijs.

De Necessitate, & institutione Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT PRIMVM.

Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, vt iustitiam, in Baptismo, ipsius beneficio, & gratia, susceptam, constanter tuerentur, non fuisset opus, aliud ab ipso Baptismo Sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, diues misericordia, cognouit figmentum nostrum, illius etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati seruitutem, & demonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapsi post Baptismum beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidem pœnitentijs vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tempore ad gratiam, & iustitiam assequendam necessaria, illis, etiam, qui Baptismi Sacramento ablui petiuisent, vt, peruersitate abiecta, & emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. Vnde Propheta ait: Conuertimini, & agite pœnitentijs ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas; Dominus etiam dixit: Nisi pœnitentijs egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pœnitentijs commendans, dicebat: Pœnitentijs agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Porro nec ante aduentum Christi Pœnitentijs erat Sacramentum, nec est post aduentum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentijs tunc præcipuè instituit, cum à mortuis excitatus, & insufflauit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, post Baptismum lapsos, Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, vniuersorum Patrum consensus semper intellexit. Et Nouarianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica tanquam hæreticos explosit, atque condemnauit. Quare

Infr. can. 1. Psalm. 103. Ephes. 2. sic Innoç. cap. 1. epist. 91. inter epist. August. Nam quamuis redemisset, & Cyprianus ab August. citatus lib. 2. contra Iulian. cap. 8. Quam benigna, quàm necessaria. Sub sess. 6. c. 14. de iust. Conc. Cabil. c. 2. Ezech. 18. d. Luc. 13. Act. 2. sic cap. prop. de consecrat. dist. 7. Ioanni. 20. Matth. 16. c. vt constitueretur, 50. dist. & infra c. 84 in fin. & can. 3.

verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnatorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi Evangelium annuntiandi, contra huiusmodi Sacramenti institutionem falso detorquent.

Vide Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 16. sect. 1. num. 4. cum seqq. Sayr. de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 2. quest. 1. art. 1. vers. de pœnitentia. Valent. tom. 4. disp. 7. quest. 9. punct. 2. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 1. cap. 1. num. 5. Nugn. g. 84. art. 3. dub. 2. concl. 2. Piugian. disp. 17. quest. vnic. art. 6. concl. 2. Vafquez in 3. p. tom. 2. disp. 60. & 135. num. 10. & tom. 4. g. 84. art. 1. dub. 1. & g. 93. art. 1. dub. 1. cum seqq. Agid. de ConincK de Sacram. & censur. tom. 1. g. 65. art. 1. & g. 66. nu. 140. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. num. 39. cum seqq. Emman. de Valle de incantat. & ensulmis, opus. 1. sect. 2. c. 11. num. 18. cum seqq. & cap. 13. num. 6. Bonacina de Sacram. disput. 5. g. 2. punct. 4. a num. 1. Fernandez in examine Theolog.

moral. p. 3. cap. 6. §. 1. num. 2. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de Sacrament. g. 6. lib. 2. Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 7. cap. 2. num. 13. cum seqq. Filiuc. in quest. moralib. tract. 6. cap. 2. num. 44. cum seqq. Fagundez in quinq. Ecclesia. præcept. 2. lib. 1. in proœmio. Paul. Layman in summa Theologia moralis lib. 5. de Sacram. tract. 6. c. 2. & 3. in princip. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 1. nu. 43. & lib. 14. c. 8. in princip. a. Porro nec ante aduentum, &c.] Ergo in lege vetera Pœnitentia Sacramentum non existisse, ex hoc patet, dicit Barthol. à S. Fausto d. lib. 2. quest. 4. in 2. p. & lib. 4. quest. 6. & Insufficiens in discipulos.] Torreblanca d. lib. 2. cap. 10. num. 18.

De Differentia Sacramenti Pœnitentia, & Baptismi.

C A P V T I I.

- 1 Pœnitentia, & Baptismi differentia.
- 2 Absolutio sacramentalis non potest absenti validè impendi.
- 3 Pœnitentia laboriosus quidam Baptismus à SS. Patribus dictus fuit.
- 4 Pœnitentia sacramentum est necessarium necessitate mediij in re, vel in voto lapsis post Baptismum.
- 5 Peccatum actuale, & originale commissum ante Baptismum non est materia sacramenti Pœnitentia necessaria, vel sufficiens.
- 6 Pœnitentia Sacramentum est necessarium necessitate mediij. Est necessarium necessitate præcepti. ibid.

Cæterum hoc Sacramentum multis rationibus à Baptismo differre dignoscitur. Nam præterquam quod materia, & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissimè distat: constat certè, Baptismi ministrum iudicem esse non oportere, cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Quid enim mihi inquit Apostolus, de ijs, qui foris sunt, iudicare? Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus Janacro Baptismi sui corporis membra semel effecit. Nam hos, a si se postea crimine aliquo contaminaverint, non iam repetito Baptismo ablui, cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal, tanquam reos, sibi voluit: ut per Sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerint, possent liberari. Alius est præterea Baptismi, & alius Pœnitentia: fructus. Per Baptismum enim Christum induentes, noua prorsus in illo efficiuntur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem, & integritatem per Sacramentum Pœnitentia, sine magnis nostris stribus, & laboribus diuina id exigente iustitia, peruenire nequam possumus: ut merito Pœnitentia laboriosus quidam Baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit. Est autem hoc Sacramentum Pœnitentia lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse Baptismus.

Vide Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 3. num. 55. Valent. tom. 4. disp. 7. quest. 1. punct. 5. Soar. tom. 4. de Pœnitent. disput. 17. sect. 1. vers. secunda veritas fidei. Agid. de ConincK de Sacram. & censur. tom. 1. g. 68. art. 3. num. 41. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 28. num. 38. Homobon. de Bonis de examine ecclesiast. p. 1. tract. 3. cap. 3. g. 32. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. Baptismus, differ. 1. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 2. quest. 3. vbi quatuor modis dicit Sacramentum Pœnitentia distingui à Baptismo.

1. Si se postea crimine aliquo contaminauerint, &c.] Vide Ioan. de Lugo de Sacrament. in tract. de Pœnit. disput. 16. sect. 1. num. 32. vbi dicit illud, postea, non debere restringi ad solum tempus subsequens, ita vt postitue excludat ipsum instans, quo Baptismus perficitur.

2. Iudicem non posse absenti validè impendi, sic probant infra referendi. Text. iste assignans differentiam inter Baptismum, & Pœnitentiam, dicit Christum velle eos, qui post Baptismum peccarunt, sibi ante hoc tribunal, vt per Sacerdotis sententiam possint liberari; sed sibi ante tribunal, est actu se præsentem constituere ante tribunal, vt patet ex toto tit. si quis caution. in iudicio sistendi cau.

sa factis, ergo pœnitens debet actu se præsentem constituere in obtinenda absolute. Ita Valent. 4. disp. 7. g. 11. p. 1. col. 15. Emmanuel Sa. verb. absol. num. 10. Soar. tom. 4. disp. 19. sect. 3. num. 7. Pefant. in addit. ad 3. p. g. 10. ad fin. disput. 3. Henriquez in summ. lib. 5. cap. 2. num. 7. tit. F. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 6. num. 5. & ideo Clemens VIII. in generali inquisitione S. vniuersalis. Inquisitionis, sub die 20. Iunij 1602. prohibuit sub grauius pœnitentis propositionem, & vti falsam, scandalosam & temerariam damnauit, videlicet licere per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri; quod decretum referunt Fernandez in examine Theolog. moral. p. 3. cap. 6. §. 6. num. 29. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. Pœnit. differ. 9. in fine. Bonacina de censur. extra Bullam Cœna, disp. 2. g. 3. num. 33. Ego ipse de officio potest. Parochi. c. 19. n. 44. Sanc. in sollicitis disp. 4. n. 36. in fine. Hurtado de Sacramentis tract. de Pœnit. disp. 5. diff. 6. & disput. 8. diff. 5. Barthol. à S. Fausto tom. 3. in tract. de Pœnitent. lib. 2. quest. 62.

3. Vt merito Pœnitentia, &c.] Vide Nauarr. in cap. ult. de Pœnitent. disp. 7. §. quod quamuis, num. 10. & 11. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 5. cap. 1. quest. vnic. art. 2. vers. de pœnitentia.

a Sup. sect. 6. de iustif. ar. cap. 14. in tra. can. 2.
b 1. Cor. 5. in fine. & multi. 2. q. 14. q. 2. demus de di. uort.
c 1. Cor. 11. d Galat. 5.